

## Prefationis misse

15

virtutis (Adorant) cultum patrie exhibentes. Dominatio-  
nes. Angeli scz subiectis spiritibus dominantes. eis preci-  
cipiendo. 7 ad sua ministeria fm patris voluntatem dirigendo  
**T**remunt potestates. id est angeli potenter aereas potesta-  
tes scilicet demones cohercetes. Tremunt maiestatis pote-  
tiam. non motu formidinis. quia in beatitudine firmati: sed  
admiratione magnitudinis. 7 obedientia ac pmpitudine  
famulationis. **C**eli materiales. 7 virtutes celorum influxive  
in illa inferiora. quibus inferior mundus regitur. illuminat  
fecundatur 7 ad operationes suas disponitur **A**c beata sera-  
phin id est angeli supremi. pre ceteris in dei caritate ardentes  
concelebrant. simul maiestatem patris per filium laudando:  
adorando: tremendo seu admirando **A**ut laudis admirati-  
onis 7 adorationis viam prestando 7 materiam **S**ic em ne-  
dum spiritus rationales. sed 7 vniuersa. dei opera. omnes  
qz creature inter quas precipui sunt celi celorumqz virtutes  
laudant diuinam maiestatem. **P**ro quanto in eis relucet ma-  
gna 7 miranda eius opera. excellentiam dei attestantia **C**on-  
celebrant autem socia exultatione. hoc est: comuni leticia. in  
qua omnes beati consociantur **N**am hee laudes opera sunt  
beatorum fm illud. **B**eati qui habitant in domo tua domi-  
ne. in secula seculorum laudabunt te. **E**t nota qz in hoc  
opere diuine laudis notantur quattuor chozi angeloz. **I**n-  
fimus 7 supremus. angeli scilicet 7 seraphin. 7 duo medij **P**o-  
testates 7 dominationes. **I**n quibus tamen omnes angeli-  
ci spiritus designantur: quonia si laudant infimi 7 supremi ac  
medij: iam nullus omnino excluditur: qz vero specialiter di-  
citur. dominationes adorant qui ab alijs venerantur: ideo  
dicitur: quonia si hii qui ceteris dominant adorant. multo  
magis hoc puenit subiectis: **E**t si potestates quia sua forti-  
tudine triumphant ptra demones: quorum potestati nul-  
la terrena potestas comparatur. tremunt diuinam maiesta-  
tem: certum est: qz hoc omnibus alijs spiritibus angelicis  
inest. **A**liam etiam horum expositionem magis ad materi-  
am huius sacramenti. **V**ide latius lec. 18. **D**einde p con-  
clusionem prefationis: iungitur deuota supplicatio. admissi-  
onis vocum nra 7 cu vocibz angeloz in diuina laudatioe **C**u